

D. Chry-
sost.

D. Lin.
D. Aug.
D. Hier.

87.

Virtus à
militibus
laudatur.

79.
Virtus
maximè
attrahit
animos.

valde propensum in Paulum, & maximè cum Paulus impugnaret Judæos, quos Imperator parvi faciebat, & maximè quia Paulus conciliavit sibi familiares Neronis, & scribit D. Chrysofost. hic homilia 54. Dicitur salutaris Neronis *potillatorem*, & *concupiscit*, quam Baroniis, & alij censent fuisse Poppæam Sabinam, & etiam Paulus habuit amicitiam cum Seneca, & scripsit epistolam, ut testatur D. Augustinus, D. Augustus, D. Hieronymus, quos citavi in opusculo. 1. refol. 5. q. 14. n. 699.

Magna Pauli virtus, ut etiam apud ipsos ethnicos, & extraneos, esset in tanto æstimatione, aut veneratione, ut Paulus non retineretur in carcere, & haberet facultatem publicè prædicandi, ut D. Chrysofostomus in Psalm. 111. ad illa verba n. 9. *Cornu ejus exultabit in gloria*. ait Bonos, *ne no est adeo imprudens, & sceleratus, qui non laudet, & admittetur*. hujusmodi res est, ut etiam ab his, qui illam non sequuntur, laudetur.

Dicitur Daniel 6 n. 3. *Igitur Daniel superabat omnes Principes, Satrapas, quia spiritus Dei amplior erat in illo*. Porro Rex cogitabat constituere eum super omne regnum. Unde venit Barbaro Regi in mentem velle elevare hominem externum captivum super omne regnum, majora illi committere, quam, suis clientibus, ac servis à nativitate rationem indicat Text. *Spiritus Dei amplior erat in*

illo. danielis virtus fulgebat super ceteros, ideo præ omnibus magis demulxit, & attraxit animum Regis. Theodoretus ibi ait: *Intelligens Rex illum esse virum deo gratum; quique superna videretur, omne ipsi regnum administrandum commisi*.

Ait Propheta cap. 5. n. 8. *Erunt reliquia Jacob in gentibus in medio populorum multorum, quasi Leo in jumentis silvestrium & quasi catulus Leonis in grege pecorum*. Ecce viri Apostolici inter barbaras, & indomitas gentes versantes dicuntur Leones, tamquam cetera animantia; sed quomodo hoc coheret, cum Christus dominus dicat eos tamquam oves, Matth. 1. n. 12. *Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum*, quæ combinatio inter ovem, & leonem; qua vis in naturalibus maximè discrepent, in spirituali grege Christi multum conveniunt, ovis humilis, & mitis, Leo generosus omnibus animantibus dominatur, & ab omnibus sibi comparat gratiam, & reverentiam.

D. Cyillus Alexand. ibi sic ait, *Reliquia igitur Jacob per fidem in Christum salvati Evangelii præcones erunt etiam ut catuli Leonis in grege generosi nimirum contra insurgentes, Dominus Iesus dicebat: Ego mitto vos sicut oves in medio Luporum, eorum autem fortitudo corda oppugnantium eos confregit, multamque ipsis venerationem conciliavit*.

Theo-
doret.

80.

Matth. 1.
Virtus
omnibus
domina-
tur.

D. Cytil.

FINIS.

Laus Omnipotenti Deo; Beatissimæque Virgini Mariæ. B. Sanctisque Paulo, & Lucæ, quos semper in hoc opere invocavi, Sanctisque Doctrinibus, ac meis Patronis Theresiæ, & Magdalenæ de Pazzi.



APOLOGIA

CARMELITANA.



APOLOGIA
 CARMELITANA,
 COMMENTARIA AD LECTIONES
 BEATISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ

DE MONTE-CARMELO.

16. Julii in 2. Nocturno.

LECTIO IV.



Um Sacra Pentecostes die Apostoli cœlitus afflati, variis linguis loquerentur, & invocato augustissimo Jesu nomine, mira multa, patrarent. Viri plurimi, qui vestigiis Sanctorum Prophetarum Eliæ ac Elisæi institerant, & Joan. Baptistæ præconio ad Christi adventum comparati fuerant, rerum veritate perspecta, atque probata Evangelicam fidem confestim amplexati sunt, ac peculiari quodam effectu, Beatissimam Virginem (cujus colloquiis, ac familiaritate feliciter frui potuere) adeo venerari cœperunt, ut primi omnium in Montis Carmeli loco; ubi Elias olim ascendente nebulam Virginis typo insignem conspexerat, eidem purissimæ Virgini Sacellum construxerint.

LECTIO V.

AD novum ergo Sacellum sæpè quotidie convenientes ritibus piis, precationibus, ac laudibus Beatissimam Virginem, velut singularem Ordinis tutelam colebant. Quamobrem fratres Beatæ Mariæ de Monte-Carmelo passim ab omnibus appellari cœperunt, eumque titulum Summi Pontifices non modo confirmarunt, sed & Indulgentias peculiarias illis, qui eo titulo, vel Ordinem, vel fratres singulos nuncuparent, concessere. Nec verò nomenclaturam tantum magnificentissimam Virgo tribuit, & tutelam, verum & insigne Sacri Scapularis, quod B. Simoni Angelico præbuit, ut cœlesti hac veste Ordo ille Sacer dignosceretur, & à malis ingruentibus protegeretur. Ac demum cum olim in Europa Ordo esset ignotus, & ob id apud Honorium tertium non pauci pro illius extinctione instarent, astitit Honorio noctu purissima Virgo Maria, planeque jussit, ut Institutum, & homines benignè complecteretur.

LECTIO VI.

NON in hoc tantum sæculo Ordinem sibi tam acceptum multis prærogativis Beatissima Virgo insignivit, verum & in alio (cum ubique, & potentia, & misericordia plurimum valeat) filios in Scapularis societatem relatos, qui abstinentiam modicam precesque paucas eis præscriptas frequentarunt, ac pro sui status ratione castitatem coluerunt, materno planè affectu, dum igne Purgatorio expiantur, solati, ac cœlestem patriam obtentu suo quantocius piè creditur afferre. Tot ergo, tantisque beneficiis Ordo cumularus, solemnem Beatissimæ Virginis gloriam quotannis celebrandam instituit.

Pp QUÆSTIO